



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

Capvt XXV. Prouidentia Dei, homines singulari cura, in matrimonia
locantis, ostenditur exemplis antiquioribus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

suscepit, quum antea sex genuisset, viginti annis nupta, nunquam contagiosissimo mariti morbo, nec vlla omnino scabie infecta, non modo ipsa, sed nec vllus liberorum, corporibus omnium sanissimis atque mundissimis. Ex quo liquidum fit, quanta sit virtus, quanta sanctitas earum, quae vero ac toto pectore maritos (vt congruum est) amant, quemadmodum illis DEVS presentem quoque gratiam referat. Obijt tandem senex agrotus, seu non obiit, sed abijt verius & exiit jugem cruciatum, tanto tamen dolore Clarae, vt qui illam nonnumquam teantur, nunquam adolescentem maritum integro corpore, formosum, diuitem, tantum reliquisse carissima vxori desiderium, moerorem, luctum. Multi gratulatione citius putabant esse opus, quam consolatione; quos illa propemodum execrabatur, optans vt maritus, qualis qualis erat, si fieri posset, redderetur, etiam cum liberorum vniuum, quos quinque habebat, iactura. Cumq; esset integra aetate, nunquam statuit nubere, quod se alterum Bernardum Valdaurum inuenturam negaret. Pratero pudicitiam, cuius erat exemplar; pratero sanctitatem morum. De pietate coniugis est sermo, quae nunquam venit sola, semper reliquis omnibus comitata virtutum. Quis hanc non perspicit, non corpori Bernardi Valdaura nupsisse, sed animo? aut non putasse corpus illius suum esse? Quid quod viri sui precepta & mandata omnia ita observabat, tanta reuerentia, vt ad huc viueret! & ex eius prescripto multa egit, sic illum facere statuisse, aut mandasse distitans. Haecenus Viues. E qua historia perspicuum est, quantum sit coniugi, in coniuge adiutorium. Quod adeo multi clarè intelligunt, vt, vel in senio, sibi vxores quaerant, non vtiq; tam prolis causa, quam vt habeant agrotaturi fideliter ancillantem. Cum enim amor improbus omnia vincat, faciunt bonae vxores, quod ne vilissima faceret ancillarum. Hoc solum bonum, quantum est, in matrimonio, bonum?

CAPVT. XXV.

Prouidentia Dei, homines, singulari cura, in matrimonialicantis ostenditur exemplis antiquioribus.

I.



Coniugia non solum origo diuina & finis, sed etiam peculiaris Dei cura commendat. Est enim mirabilis prouidentia, in illis concinnandis, fouendis, conseruandis.

dis. De coniunctione prius, postea de conseruatione dicam. L. Flaccum flaminem ego audiui, ait Cicero, quum diceret, Caci-
 liam Merelli, quum vellet sororis suae filiam in matrimonium colloca-
 re, exisse in quoddam sacellum, omnis capiendi causa, quod fieri, mo-
 re veterum, solebat. Hinc & Aristophanes docet, olim non nisi
 consultis auibus, contracta matrimonia. Mirum est, tam mul-
 tos esse Christianos, qui Deo neque rogato, neque consulto, in
 matrimonia audeant conuenire; ille enim, non vanus aliquis
 Apollo, est verus connubiorum praeses. Eo auspice, auspicata
 fiunt connubia: Eo abnuente, nulla dies copulam nuptialem affir-
 mat. Primum coniugium vt faceret rerum Conditor, quando
 creauit hominem, masculum & feminam creauit eos. Ad hoc
 opus, consilio vsus est: Non est bonum, hominem esse solum. Quia
 ergo Ada non inueniebatur adiutor similis eius; immisit Dominus
 Deus soporem in Adam: cumq; obdormisset, tulit vnam de costis
 eius, & repleuit carnem pro ea. Et edificauit Dominus Deus costam,
 quam tulerat de Adam, in mulierem: & adduxit eam ad Adam.
 Dixitq; Adam: Hoc nunc os ex osibus meis, & caro de carne mea:
 haec vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est. Quamobrem re-
 linquat homo patrem suum, & matrem suam, & adhaerebit uxori
 sua: & erunt duo in carne vna. 1. Itaque masculum & feminam
 creauit eos, duos scilicet homines, non vnum hermaphroditum,
 qui fuerit simul masculus & femina, vt quidam in Francia no-
 uator docuit; & vt Plato censuit, primos homines fuisse an-
 drogynos; aut, vt aliqui Hebraei, ac, post eos, Franciscus Geor-
 gius, tradunt, Adam & Euam a Deo creatos esse ita, vt in late-
 ribus sibi inuicem cohaerent, essentque quasi vnum, & duo in
 carne vna: postea autem Deum eos ab inuicem separasse. Quod
 figmentum apertè refellitur illis verbis: Et edificauit Dominus
 Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem: & adduxit eam
 ad Adam. Quomodo, si vnus, aut latere concretus homo fuit,
 adduxit eam ad Adam? 2. Duos creauit, quia non erat bonum,
 hominem solum esse, ob varias causas, quarum prima est, quia
 homo est animal sociale. Secunda, quia falsò Adamiani, teste
 S. Augustino, Eustathiani, teste Socrate, & Apostolici, teste
 S. Bernardo tradiderunt, coniugium ex Adami peccato pro-
 uenisse,

M. Tall. Cic.
 l. 1. de diuin.
 Aristoph. in
 Auib.

Gen. 1. 27.
 Gen. 2. 18.

Plato in Sym-
 posio.
 Franc. Georg.
 tom. 1. probl.
 29.

Gen. 2. 24.

S. Aug. lib. de
 hzrel. c. 31.
 Socrat. p. 29.

hist. Eccl. c. 13.
S. Bern. serm.
66. in Cant.

Matth. 19. 12.
1. Cor. 7. 1.
S. Cyprian.
lib. de habi-
tu Virg.

S. Aug. 19. de
Genes. ad lit.
c. 19. & tract.
9. in Ioan. S.
Bern. ser. 2. de
Septuagesi-
ma, Gen. 2. 23.

uenisse, atque idcirco esse malum; in statu autem nature in-
græ, coniugium non fuisse futurum, sed per procreationem i
Deo singulos tunc homines fuisse procreandos; aut fortè è la-
pidibus, vt tempore Deucalionis, vel è dentibus, vt, sub Cad-
mo, emerfuros. Ne igitur species humana in Adamo interiret
mulier necessaria erat, ad sobolem propagandam. 3. Ad con-
seruationem vniuersi, ante sobolem Adami propagatam, mu-
dumque hominibus repletum, non fuit *bonum hominem solum*
esse; sed multiplicato satis genere humano, cœperunt à Chri-
sto laudari Eunuchi spirituales, dictumque est: *Bonum est homi-
ni, mulierem non tangere. Prima Dei sententia*, ait S. Cyprianus,
crescere, & generare precepit: secunda continentiam suavit. Con-
adhuc rudis Mundus & inanis est, copia fecunditatis generatur,
propagamur & crescimus ad humani generis augmentum: cum iam
refertus est orbis & mundus impletus, qui capere continentiam pō-
sunt, Spadonum more viuentes, castrantur ad regnum. 4. Non
solum Eua socia Adamo est addita in solitudinis remedium, sicut
& vt viro, in omnibus, adesset, tanquam auxilium, & manus
dextera. 5. *Immisit Dominus Deus soporem in Adam, grauem*
ac profundum somnum, quem LXX. interpretes extrasis ver-
tunt. Quare somnus tam altus Adamo non idcirco solum est
immisus, ne sentiret costam sibi eximi, verum etiam, simul cum
somno in mentis excessum raptus est, vt mens eius pariter, na-
turali modo, à corporis sensuumque functione soluta ac libe-
ra esset; pariterque diuinitus ita eleuaretur, vt videret ea, qua
circa illum gerebantur, ac spiritu Prophetico cognosceret my-
sterium, per ea significatum. Itaque conspexit mentis oculis
costam sibi detrahi, atque ex ea Euam formari: immò vidit etiam,
per hoc, significari matrimonium & suum naturale cum Eua,
& mysticum Christi cum Ecclesia, vt SS. Patres ex ipsius Adæ
& S. Pauli verbis tradiderunt. Pulchrè S. Augustinus: Dormi-
inquit, Adam, vt fiat Eua; moritur Christus, vt fiat Ecclesia. Do-
miente Adam fit Eua de latere: mortuo Christo lancea perforatur
latus, vt supereffluant Sacramenta, quibus formetur Ecclesia. Po-
tuit enim reuelari Adamo Christi aduentus; etsi causa non ma-
nifestaretur. 6. *Tulit vnā de costis eius, vtique cum carne ad-*
hærens

hærente, cum Adam dicat: *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea.* Voluit nempe Deus feminam neque nimis durum, neque nimis esse mollem; sed constantem pariter, & mittem. Et quia *nemo carnem suam odio habet,* ait Adam: *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea,* de latere meo, ut sit mihi vxor tam chara, quam coniuncta. Cum enim simus quasi vnum os, & vna caro, par est, ut etiam quasi vnam animam voluntatemque habeamus. D. Thomas sic loquitur: *Conueniens fuit, mulierem formari de costa viri. Primo quidem, ad significandum, quod inter virum & mulierem debet esse socialis coniunctio. Neque enim mulier debet dominari in virum; & ideo non est formata de capite: neque debet à viro despici tanquam seruiliter subiecta; & ideo non est formata de pedibus. Secundo propter Sacramentum: quia de latere Christi dormientis in cruce fluxerunt Sacramenta, id est, sanguis & aqua, quibus est Ecclesia instituta.* 7. Ob hanc & corporum & animorum coniunctionem, *relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adheret uxori suæ.* Est enim hæc coniugij lex & societas, ut, si res exigat, coniux, coniugis causa, patrem & matrem deserere teneatur, quoad cohabitationem ac vitæ consortium. Nam, ex doctrina S. Thomæ, in pari casu, famis, belli, vel alterius similis necessitatis, potius patri & matri, quasi auctoribus vitæ, quam coniugi est subueniendum. Quod diligenter obseruare debent liberi, qui sat opulenti, cum coniugibus delicias patrem ac matrem mendicare foris, atque etiam fame perire patiuntur. 8. Fecit Deus, in matrimonij bonum, ut *duo, sint in carne vna,* ratione corporis, per copulam carnalem; ut D. Paulus exponit: ratione animæ, per amorem & vnam voluntatem. Nam & Pythagoras dixit: *in coniugio amico, esse vnam animam, in duobus corporibus.* Item, erunt *vna caro,* id est, vnus homo & vna persona ciuilis. Denique, quia vnus caro est caro alterius: & quia vnam carnem, seu partem generant, in qua parentes superesse dicuntur. Ex quo rursus arctissimum matrimonij vinculum sequitur. Sicut enim vna caro non potest diuidi, & vna manere, ita non potest coniux à coniuge separari; cum sit vna caro cum coniuge. Siquidem vnitati diuisio, ut est diuortium & polygamia, repugnat.

Ephes. 5. 31.
S. August. in
sent. sent.
328
Gen. 2. 23.

S. Thom. 1 p.
q. 92. 2. 3.

S. Thom. 2. 2.
q. 26. 2. 11. ad 1.

1. Cor. 9. 16.

1. Cor. 7. 13.

repugnat. Hæc in primo matrimonio conficiendo, etiam pro
secuturis diuina bonitas prouidit; qua tanta prouidentia vtriusque
ostendit, sibi coniugia cordi esse.

II.

Gen. 24. 2.

Alterum coniugium est Isaaci, qui anno ætatis 40. Re-
becca duxit, magnam prouidentiam adhibente Abrahamo,
sed maiorem Deo. 1. Ad coniugem filio suo procurandam,
misit Abraham, non quemuis, non lenonem, non parasitum,
non Parmenonem, non guathonem aliquem, sed Eliezer *seruum
seniorem* (seu Oeconomum) *domus suæ, qui præerat omnibus, qui
habebat*, virum prudentem, & in virtute probatum. O superbi
quàm temerè hodie connubiorum conciliatio vel committitur
leuissimis internuncijs, procacibus ancillis; aut vetulæ altius
malè feriatæ, cuius auspicijs, nubit genero arida socrus! 2. Soli-
licitè adiurans legatum ait: *Adiuro te per Dominum Deum ce-
li & terræ, vt non accipias uxorem filio meo de filiabus Chananæarum,
inter quos habito: sed ad terram & cognationem meam proficiscaris,
& inde accipias uxorem filio meo Isaac.* Vtilissimo documento
seruum adiurat, hoc est, ad iuramentum adigit, vt filio suo ux-
orem fidelem, aut saltem, bene moratam quærat, non Chana-
næam; erant enim Chananæi impij & idololatræ. Quare non
iubet eum in Chaldæam, sed in Mesopotamiam proficisci, &
adeò in Haran, ad domum Nachor fratris sui; quæ domus est,
more gentis, cum qua habitabat, idola coleret, tamen aliquid
de vnius Dei cultu norat, & seruabat. Meliorem tunc domum
non nouerat, si meliorem sciuisset, ex illa sponsam filio petiis-
set. Hoc exemplo docetur, cauenda esse infidelium, hæretico-
rum, & impiorum connubia. *Sæpe illecebra mulieris*, inquit D.
Ambrosius, *decepit etiam fortiores maritos, & à religione fecit disce-
dere.* *Primum ergo in coniugio religio queritur.* *Disce ergo, quid
in uxore queratur: non aurum, non argentum quaesuit Abraham,
non possessiones, sed gratiam bonæ indolis.* Vt autem palam fieret,
quàm seriò hoc peteret, & quanti faceret, voluit, vt seruis ju-
ramento se obstringeret, & iuramento, per Christum ex femo-
re Abrahami nasciturum, vt Prosper exponit. 3. Addit: *Cave
ne quando reducas filium meum illuc, si fortè sponsa, quam in
Haran quæris, huc venire nolit, sed potius velit, filium meum
ad se*

S. Ambros.
lib. 1. de
Abraham.
cap. ult.

Prosper. 1. p.
prædict. c. 7.
Gen. 24. 6.

ad se venire. Deus enim ex Mesopotamia me meosque, in perpetuum, exire voluit, & migrare in hanc terram, quam mihi meisque promisit. Iterum hic discant, quibus perinde est, vbi-
cunque domicilium inueniant, etiam vbi Deus non vult; im-
mo in medio nationis prauæ. Pauci, in terra Hus, Iobi inue-
niuntur. Sicut Romæ Romano, ita in Campania, Campano
viuitur more. Et apud hæreticos, qui viuunt, ijs semper ne-
cessarium est, vt sibi caueant à contagione. 4. Vt constet
Abrahami providentiam providentia diuina niti, adjicit: *Do-
minus Deus celi, qui tulit me de domo patris mei, & de terra natiui-
tatis mee, qui locutus est mihi, & iurauit mihi, dicens: Semini tuo
dabo terram hanc: ipse mittet angelum suum coram te, & accipies
inde uxorem filio meo.* Credidit ergo Abraham, Angelum vel
Oeconomi, vel Isaaci, aut vtrumque, nuptias has, Deo jubente,
inuisibiliter adiuturum; sicut visibiliter adiuuit nuptias To-
bia. Non vti que, nisi optima negotia, per Angelos procuran-
tur. Facile decipiuntur, qui lenonibus se committunt. 5. Ad
urbem Nachor pius paranymphus cum venisset, subsistens cura
camelis, diuinam gratiam implorans dixit: *Domine Deus, Do-
mini mei Abraham, occurre obsecro, mihi hodie, & fac misericor-
diam cum Domino meo Abraham. Ecce ego sto prope fontem aquæ,
& filia habitatorum huius ciuitatis egredientur ad hauriendam
aquam. Igitur puella, cui ego dixerò: Inclina hydriam tuam, vt
bibam: & illa responderit: Bibes, quin & camelis tuis dabo potum:
ipsa est, quam preparasti seruo tuo Isaac: & per hoc intelligam, quòd
feceris misericordiam cum Domino meo,* Ecce rationem præmisit,
& à DEO ad signum designandum motus, signum, cum certa
diuinæ providentiæ spe, adhibuit: euentusque declarauit, eum
non temerario omine, ac diuinatione, Deum tentauisse; sed il-
la promissione Abraham, *Deus mittet Angelum suum coram te,* ni-
xum, hoc diuinæ directionis signum poposcisse. Et mirifice
omnia petitioni eius responderunt; contigitque Isaaco sponsa
bene educata, & labori hauriendæque aquæ & hydriæ gestandæ
assueta; benigna ac liberalis, quæ plus, quàm peteretur, etiam
incognito & extraneo, offerebar, non tantum famulo, sed et-
iam camelis potum dare dignata; non curiosè garrula, quæ ad
puteum

Tob. 5. 5.

S. Ambrosii
Gen. 24. 65.

puteum, more aliarum feminarum, confabulans, interrogatur, cur, aut unde venerit; sed quæ domum recurrentis hospiti hospitium lubens volensque præparauit: modesta denique, quæ viso Isaac, statim è camelo descendit, & se operuit, quod vitiosum fuit & verecundiæ, & reuerentiæ erga sponsum nobile argumentum. *Descendit, ait S. Ambrosius, & caput suum pallio obnubere cœpit, docens verecundiam nuptijs præire debere. Inde enim & nuptiæ dicte, quod pudoris gratia puella se obnubent. Discite ergo, virgines, quemadmodum seruetis verecundiam, ne intellecto capite prodeatis, ante extraneos, cum Rebecca iam desponsata designatum maritum aperto capite non putauerit videndum.* Quis hic non irascatur vel parentum incuriæ, vel sponzorum impudentiæ, vel magistratus desidiæ, in nonnullis ciuitatibus, in quibus, ante nuptias, sponsæ cum sponsis, in eodem balneo, lauantur, non ut mundæ fiant, sed ut inde inquinatiores recedant? Quis ferat, permitti, apud Christianos, quod, in Diana & Actæone, suo detestantur fabulæ Ethnicorum? quasi non cum vestibus omnis pudicitia exuatur? aut nuptiæ ex Paridis iudicio sint discriminandæ? Hoc est nubere scilicet.

III
Gen. 29. & 30

Tertium coniugium, mirabili prouidentia Dei, contractum, est alterius Patriarchæ, Iacob scilicet. Is fugiens fratrem Esau ad Laban venit, inuenitque auunculum & socerum, cuius duas filias Liam & Rachel, facundam vnâ, pulchram alteram, & pulchram, itidem ad puteum primò aspectam, adeptus est postremò. Itaque duas vxores, pro vna, acquisiuit. Et in Lia quidem Deus lippitudinem, prolis munere, ornauit: quæ etsi, non sine graui delicto, obtemperando iniuste iubenti patri, in stuprum, immo in adulterium atque incestum consensit, sciens Iacobum, non suum, sed Rachelis sororis suæ esse maritum, ipse tamen Iacob, bona fide non Liam, sed Rachelem putans, ignorantia excusatus ratum postea habens hoc coniugium legitimum fecit, & post septem nuptiales dies exactos, alterum quoque formosissimæ Rachelis coniugium est consecutus. Hanc dona sua mirabiliter distribuens Mundi Gubernator, de venustate amabilem reddidit, illam commendabilem de facunditate. Et decipi permisit Iacobum, ut vtrâque possideretur; *scilicet*

erilem alioqui formam secuturum, & proliferam matrem neglecturum; more multorum, qui in matrimonijs ineundis, formae sunt arbitri, proliis osiores. Docuit etiam Iacob, in diuersis uxoribus, unam, quam non cupiebat ductam, & alteram, cui inhiabat, subductam, verè illum locutum, qui *Mulierem morti similem esse*, dixit, propterea, quod fugientem sequantur, & sequentem atque vocantem fugiant.

Coniugium quartum est Iosephi Patriarchae, qui è carcere ad regem eductus, exposito illi, de septem vaccis spicisque, somnio, annulo, stola byssina, torque aereo ornatus & toti Aegypto praefectus est. Deditq; illi rex uxorem *Aseneth filiam Putiphare sacerdotis Heliopoleos*. Hunc Putipharem S. Chrysostomus dixerunt existimat à primo hero Iosephi (qui eum in carcerem misit, ob adulterij crimen falsè impositum) eò quòd hic sacerdos, ille princeps militiae; hic Heliopoli, ille Memphi in regia degere sit solitus. At D. Hieronymus tradit, eundem fuisse cum primo hero, qui Putiphar est dictus. Quam sententiam si sequamur, mirabilis est dispositio DEI facientis, vt idem, qui iniuria Iosephum affecit, eundem filiae suae nuptijs honorare cogere, virginemque filiam acciperet Ioseph, qui matrem moecham repudiauit. Castissimus enim iuuenis meruerat, felici matrimonio, ostendere, nuptijs compensari victorias, quae ante nuptias reportantur; quemadmodum & alij infaultis plerumque coniugijs luunt, quod ante coniugia peccauerunt. Male disponit nuptias, qui ante illas vult esse coniux. Olim, Arnobio teste, uxores habebant Romani, atq; in coniugalia fœdera conditionibus veniebant ante quaesitis. *Vsu, farre, coemptione genialis lectuli sacramenta conducebant. Habebant speratas, habebant pactas, habebant interpositis stipulationibus sponsas.* Multis nunc libido est in apparatus. Scelere emunt coniuges: fornicatio illis est stipulatio. Hinc, quid mirum, si accipiunt in matrimonium adulteras futuras, quas ipsi, ante matrimonium, non castas esse docuerunt?

In quinti coniugij exemplum filiam itidem sacerdotis, in terra Madian, nactus est Moyses, suo vt videbatur, infortunio, ex Aegypto fugatus, cum eum ad necem quaereret Pharaos. Vi-

alby Sf tauit

111. 1023

Caspar. Ess
L. 2. Epidorp.

IV.

Gen. 41. 45.

Arnobius
Aduers. Gent.
lib. 4.

V.

Exod. 2. 16.

tauit exitium, inuenit coniugium. Et inuenit sua benignitas, dum defenderet feminas iniuriam passas. Erant Sacerdoti Madian septem filia, qua venerunt ad hauriendam aquam: & implentis candelibus ad aquam cupiebant greges patris sui. Superuenere pastores, & eiecerunt eas: surrexitq; Moyses, & defensis puellis, ad aquam uit oues earum. Quae, cum reuertissent ad Raguel patrem suum, dixit ad eas: Cur velocius venistis solito? Responderunt, vir Aegyptius, liberauit nos de manu pastorum: insuper hausit aquam nobiscum, potumq; dedit ouibus. At ille, Ubi est? inquit. Quare distulisti hominem? Vocate eum, ut comedat panem. Iurauit ergo Moyses, quod habitaret cum eo. Accepitq; Sephoram filiam eius uxorem. Tota series est à diuina bonitate. Vlscitur Moyses fratres Hebraeos, contra Aegyptium percutientem. Componit ipsorum inter sese Hebraeos rixantes. Mercedis loco, eadem audire debet exprobrari. Meruit Pharaonem. Fugit, incidit in puellas iniuriam patientes. Succurrit, & ianuam sibi aperit ad hospitium & matrimonium. Sic coniuges quarendae sunt benefaciendo, non per lenones, non per copulatrices, non per fraudes, non per caedes & mortes procorum, ac riuulium. Quam multis generosa, in bellis, facta, aut defensi innocentes, aut pietas sua, bonique nominis existimatio è bis septem Iunonis nympharum vnquam conciliauit? Siquidem

VI.

Iosue. 15. 37.
Iudic. 1. 12.

1. Reg. 18. 27.

Sexto multi fortiter pugnando uxores generosorum parentum meruerunt. Nam dixit Caleb: Qui percusserit Cariah Sepher, & ceperit eam, dabo ei Axam filiam meam uxorem. Cepitq; eam Othoniel filius Cenez frater Caleb iunior: deditq; ei Axam filiam suam uxorem. Dauid quoque, ut Michol filiam Saul uxorem haberet, Philistinum debuit gladio percutere; & ut percuteret, Dominus erat cum eo. Ceterum, quod manu fortis obtinuerunt isti, id alijs vel morum modestia, vel educatio, vel ipsa erga Deum pietas, immo & parentum eleemosyna, & charitas impetrauit. Nota est historia de paupere Ruth, ethnicam Booz in sponsum acquirente; de Esther regi Assuero in manus conueniente. Sed ante omnia longissimam considerationem meretur Tobias & Sara, ad quorum coniugium multa diuinae prouidentiae argumenta confluxerunt. Tobias ab

gelo Raphaële ducitur in via. 2. Ab eodem custoditur, contra immanem piscem. 3. Consultit Angelum Tobias, *Ubi vis ut maneamus?* quod idem vtinam, multi suum Angelum custodem consulerent. 4. Respondens Angelus, ait: *Est hic Raguel nomine, vir propinquus de tribu tua, & hic habet filiam nomine Sararam: sed neque masculum, neque feminam ullam habet aliam, præter eam. Tibi debetur omnis substantia eius, & oportet eam te accipere coniugem.* Filia quippe, quæ fratrem non habebat, nubere debebat alicui de cognatione sua, ne possessiones, de tribu in tribum, aut de familia in familiam transferrentur. 5. Septem viri, quibus Sara tradita est, mortui sunt, vt Sara Tobiz seruetur. 6. Instruitur ab ipso Angelo, quàm castè incundum sit matrimonium, ne per libidinem detur dæmonio potestas dominandi. Tres noctes primas à coniugij vsu iubetur abstinere, orationi vacare, benedictionemque diuinam obtinere. Quam consuetudinem adedò ab antiqua Catholica nobilitate, obseruatam constat, vt nonnulli parentes sponsam tribus primis noctibus ne ad torum quidem sponsi admitterent. De nostri seculi moribus quidam loquens dixit: *Adedò nunc homines ab hac consuetudine recesserunt, vt pro magno habendum sit, si sponsi, tribus diebus, ante nuptias, non fiant coniuges.* Multi maledictionem merentur, quia non expectant benedictionem. 7. Ex eadem Angeli instructione Tobias *partem iecoris posuit super carbones viuos, & vtique etiam partem cordis supra nominatam ac de pisce seruata.* Quæ sanè ad dæmonem, naturali virtute, fugandum non valuerunt; cum corporeæ res in spiritus agere non possint. Igitur pars iecoris & cordis carbonibus superimposita, ex ordinatione diuina, per Angelum significata, supernaturali virtute, dæmonium pepulerunt. Quemadmodum & ignis infernalis in damnatos spiritus agit; & exorcismi; itemque aqua benedicta; & cerei Agni Dei; & reliquæ Sanctorum; & alia quædam externa dæmones cælesti vi cogunt, ac proinde non negligenda, multoque minùs contemnenda sunt. His ergo vijs innocentem castumque Tobiam Dominus ad nuptias perduxit. Idem ille Dominus, qui postea homo factus nuptijs interesse cum Matre & discipulis suis voluit, sponsosque, aqua-

Tob. 6. 3.

11V

Num. c. vit.

Tob. 8. 2.

Tob. c. 6. 5.

Ioan. 2.

rum sex hydrijs contentarum in vinum præstantissimum versum miraculo, honoravit. Hæc è diuinis litteris: subiungantur vnum è profanis. Nam

VII.

Ælian. lib. 17.
variar. c. 33. &
Strabo lib. 17.

Septimò, etiã quod fortunæ aut casui nonnulli tribuunt sine Numine non fit, quando scilicet admirabili quodam eventu, aut inopinata occasione, animi nihil tale sperantium in nuptias trahuntur. Rhodopen omnium Egyptiorum ferunt pulcherrimam fuisse. Cui aliquando lauanti inopinatum atque inexpectatum amans fortuna contulit munus, non isto animo, sed fortuna venustateq; dignum. Cùm enim lauaret, atque vestimenta famula custodirent, aquila deuolans alterum calceum abstulit, eumq; secum deportauit Memphim, iudicium exercente Psammeticho, & in sinum calceum iniecit. Psammetichus miratus pulchritudinem calcei, & fabricationis artem atq; concinnitatem, & ausu factum, mandauit, vt per vniuersam Egyptum quæreretur femina, cuius calceus esset, eamq; inuentam in matrimonium accepit. Etsi enim Rhodope, ob vitæ licentiam, digna rege non fuit; regi tamen, sine dubio, iuste iudicium facienti, actionesq; rectè danti, aut alia de causa, vt vel temporalem aliquam mercedem reciperet, diuina bonitas eam voluit, aquila paronymphum agente, adiungere venustatem; & formã, hoc est, caduco bono, caduca magis, quàm æterna amantis, merita compensare. Nihil enim finit esse non remuneratum. Faciunt & damnandi quædam bona, sed mercedem capiunt in terra; opibus aut muliere pulchra contenti. Habent ergo, quod optant; quia plus non merentur. Aliud præmium præparatum est æstimatoribus æternitatis. Quoniam iustus Dominus, & iustitias dilexit: aquilam vidit vultus eius. Nisi quis Orco potius eam calcei transferendæ artem velit tribuere, quàm cælo; & Aquilam existimet, à Tritone in cinore, ad Rhodopen citatam, tabellarij officio functam esse. Sed neque hoc quidem pacto, nuptiæ, sine Numinis iudicio sunt conciliatæ: vel enim meruit rex, formã decipi, vel Rhodope exaltata est, vt grauius allideretur. Quippe haud rarè cogitur iustitiæ esse minister, qui est magister iniquitatis. Seu Stygius igitur fuerit vultur, seu aquila naturalis, coniugium calceolo procuratum, non Fortunæ est ascribendum, sed diuinae pro-

Psal. 10. 2.

næ providentiæ, quæ non solum ad pedem, sed ad calcem quoque se extendit.

C A P V T XXVI.

Judicia Dei, in matrimonijs, etiam recentioribus, providentissime conciliandis, ac locupletandis, præsertim si, non opes, sed virtus aspiciatur.

Non imminuta est, post veteres illas providentias, cura Dei, circa conjugia: quia adhuc diutius, generis humani propagatione, conservare voluit Mundum ac gubernare; & idem est hodie, qui fuit heri, & nudius tertius. Quamobrem quotidie etiamnum sapientem potentiam suam perspicue demonstrat, in matrimonijs concinnandis. Atque in primis à nemine, quantumvis potente, siue invidio, siue æmulo aut rivali, destinationem egregiæ sponsæ posse impediri, luce meridiana clarius docet admirabilis historia Henrici, in Imperatoris generum, cælesti voce, designati, atque, per gravissima discrimina, tandem ad illud dignitatis culmen eucti, quam, alio loco, recitavimus. In summa, si Deus vult, *Mopsa Nisa datur*, rumpantur licet ceteri Corydones. Et potest DEVS dispares pulcherrimo mixturæ artificio componere. Quod vel in fabula est adumbratum. Iuppiter cum Mercurio iter habebat, per agros; & quasi viæ ignarus, quærebat ab ignavo aratore, quæ eundem esset? Ibi arator, quem tædebat loqui, vix sublato pede semitam ostendit. Paululum processerat, cum ad ancillam venerunt gnauiter rusticantem; quæ itidem interrogata, de recto itinere, id non modò promptè ostendit, sed etiam ad multum viæ officiosè comitata est euntes, ne errare possent. Itaque Mercurius à Ioue poposcit, ut tam benevolæ mulieri gratiam redderet. Iuppiter, manu ad frontem admotâ, quasi consilium inde euocaret, paulò post servum illum ignavum ancillæ in maritum destinavit. Offensus hoc iudicio Mercurius, causam petiuit sententiæ tam inexpectatæ; cum & arator tali sponsa indignus videretur; & aratrix utique maritum gnaviorem meruisset. Ei respondit Iuppiter, se, hoc pacto,

St 3

vtrique

I.

Priore de Iudicijs Dei tract. c. 28.